



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem epistolas Pauli

Bugenhagen, Johannes

Basileae, 1524

VD16 B 9232

Capvt VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36165

ANNOT. IOANNIS POMERANI

ex unitate coniugum, depingat nobis illam incompre-
hensam unitatem Christi & ecclesie: & charitatem
immensam, qua nos persecutus est Christus: de qua re
lege Lutherum de libertate Christiana. Diabolus nam-
que (qui scortationes promouet, & adulteria amat, cuius doctrina quoque est, ut Paulus ait, ista prohibitio ma-
trimonij, qua stabilitus est cœlibatus clericorum, ut li-
berius libido propagaretur, sicut uidemus) miro inge-
nio conatur, ut separet quos deus coniunxit: semper
enim suis ordinationibus subuertere nititur quod de-
us ordinauit. Et certe iam malo nostro experti sumus,
qua cœcitatatis pœna plectendi sint, qui quæ dei sunt cœ-
temnentes, meliora facere uolunt. Quanto uero dia-
bolus discordiarum semina, etiam inter coniuges semi-
net, qui nullo timore dei tenentur, horror est uel ho-
die intueri, & multe animæ pereunt, dum non est spi-
ritualis homo, qui sancto consilio adiuuet laborantes:
in quo deploranda sunt nostra tempora, quibus etiam
ui prohibemur, ne consilio aliquo subueniatur perituri.
Hinc ob duritiam cordis Iudæorum, olim permisit
Moses libellum repudij, Matth. 19. &c.

CAPVT VI.

Honora dicit, non solum dilige. Honor enim habet timorem annexum, quemadmodum supra dixit, uxor autem ut reueretur uirum. Vult enim ut

i. *trino: 7*

IN EPI. PAULI AD EPHESES. 18

filijs in omnibus obediant parentibus, & seruiant eorum uoluntati, & si opus fuerit, etiam necessitati. Hoc preceptum non simpliciter est primum, sed primum in promissione, id est quod habet hanc carnalem promissionem annexam, ut bene sit tibi, & longæuis sis super terram, ut uides Exodi 20. Quod uel hinc accipe, quod etiam carnales promissiones Christianis non sint aspernandæ, & credi suo uerbo ut iustificeris. De qua re lege in locis Philippi.

Si.

In fine huius epistolæ, diligenter monet ne securi postquam iustificati sumus, uiuamus: siquidem non esse uisibiles hostes, sed inuisibiles & potentes, qui nostram inuadunt & insidijs & aperto Marte salutem. Sic quoque 1. Pet. 5. Sobrius estote &c. His humana uiresisti non potest: quia non sunt caro & sanguis, id est homines. Sicut Christus accipit Matthæi 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Sed hic opus habemus fortitudine spiritus, ut spiritibus, spiritualibus ramis resistamus, nempe uerbo dei, si ei forti fide inhæserimus, sicut diximus in Psal. Scuto circūdabit te ueritas eius. 92

Id est, non ex homine didicisti.

State igitur.

Verbis militaribus scriptura sæpe libenterque utitur.

Baltheo.

Nam pars circa lumbos baltheo laminis cōserto in

ANNOT. IO. POM. AD EPHES.

bello tegi solet. Esa. II. de Christo: Et erit (inquit) iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

In omni deprecatione.

Hic uide quanta improbitate, hoc est, sine cessatione, quanto seruore & studio inuocandus sit deus, in primis, ut mittat operarios in messem suam, Matthæi 9, & non solum hoc, uerum etiam ut iisdem operarijs detur robur spiritus, ut cum fiducia & animi libertate loquantur uerbum: id quod dum Paulus postulat, certe nostram, qui omnia presumimus, temeritatem accusat. Vnde orant discipuli, Actorum 4. Et tu domine respice in minas &c.

Cum sinceritate.

Id est sincero adfectu, & intelligentia, quæ purum sapiat Christum, & non sit adulterata extraneis doctrinis, quæ non solum obscurant, sed & obliterant Christum. Amen.

F I N I S.